



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 12. Relatio Pilati. Mors Tiberii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

unde redux longo tempore Damasci man-
sit. Non Saulo tantum mandatum dede-
rant Judæi, ut fideles persequeretur, ele-
gerunt viros, eosque in omnem terram
miserunt, qui dicerent: nullum ab hac
secta Deum coli, & alias in eos calumnias
spargerent, quæ apud gentiles fidem in-
venerunt. Credibile est, eos id faciendi
occasionem sumpsisse ex eo, quod Judæis
mos esset, fratribus in omnes provincias
eorum nomina scribere, qui pœna capi-
tis fuerant puniti.

§. XII.

Relatio Pilati. Mors Tiberii.

Idem mos apud Romanos vigeat, ut

Provinciarum Rectores ad Imperato-
rem referrent sumpta de reis supra vul-
gus supplicia. Ergo Pilatus ad Tiberium

scripsit, quæcunque cum Jesu Nazareno
contigerant, & condemnationis acta mi-
sit. Illico Imperatori persuasum, Jesum
Nazarenum supra hominem fuisse, & Se-
natui proposuit, Deorum numero adscri-
bendum. Renuit autem id Senatus, nec
enim permittere voluit omnipotens Deus,
ut Filius ejus unigenitus inter falsos Deos
confunderetur, a manibus hominum fa-
ctos. Ideo vero nullatenus ab hac men-
te Tiberius remotus, capitis pœnam illis
minatus, qui Jesu Christi sectatores de-

ferre

Sæculum I.

A. C. 34.

Just. Tryph.
p. 234.

Sanhedrin.
c. X. n. 4.

Tert. Apol.

c. 5. 31.

Eus. Chron.

ann. 37.

Chrys. hom.

27. in 2. Cor.

Sæculum I. A. C. 37. *Jos. XVIII*
Ant. c. 5. ferre auderent. Cum post hæc Pilatus quosdam Samaritanos, qui cum armis concurrerant, morti addixisset, eorum Magistratus Vitellium tunc Syriæ Præsidem adiere, accusantes Pilatum, quod eo solummodo fine ad arma respexissent, ut se ab ejus oppressionibus tuerentur. Vitellius Marcellum misit amicorum unum, qui Judæam curaret, Pilato mandatum dedit, iret Romam de iis, in quibus a Judæis accusabatur, rationem Cæsari redditurus. Paruit Pilatus, qui Vitellio resisteret, longe impar. Cessit Judæa, postquam decem annos ibi egisset; sed antequam Romam perveniret, mortuus est Tiberius Imperator, Jesu Christi anno 37. ab urbe condita 790. postquam regnasset annos viginti duos, & medium, vixissetque 77. successit Cajus Germanici filius, ejus nepos, annos natus 24. cognominatus est Caligula, a caligis, quas adhuc puer more militari apud Patrem in castris induere erat solitus.

§. XIII.

Agrippa Rex Judæorum.

Jos. XVIII
Ant. c. 8. Cum regnare cœpisset, inter primas curas fuit Agrippam, Aristobuli filium, Herodis senioris nepotem, quem Tiberius tenuerat in vinculis, libertati reddere. Multo ante Agrippa favorem Caji fuerat